



**CL. V. Ioannis Wamesii, I. C. Celeberrimi, In Academia
Lovaniensi Antecessoris Primarii, Responsorum Sive
Consiliorum De Iure Pontificio Tomus ...**

Wamesius, Johannes

[S.l.], 1643

De Pignoribus & Hypoth. Consilium CCCLII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98716)

princ. Bald. cons. 478. Quidam Franciscus nu. 2. vol. 1. paulus Castren. cons. 125. Viso testamento post princ. vol. 1. Igitur ex puritate dicti legati, tam quoad ipsum redditum quam quoad hypothecam illius, manifestum est dictum Collegium, ut tempore, ita quoque jure prius & potius esse omnibus alijs sequentibus creditoribus, quibus per dictos legatarios eadem domus post mortem testatoris obligata fuit, l. Creditor Qui potior. in pign. ut inspicatur non tempus statutz solutionis sed acquisitæ obligationis, l. i. d. cod. tit. ¶ Quinimò amplius dicimus, etiam si hoc legatum triginta florenorum dici posset ab initio conditionale fuisse, ut esset, si post mortem dictorum trium legatiorum hic redditus legatus fuisset, adhuc pro dicto Collegio staret jus prioritatis & praelationis ex tempore; ob id, quod ut in conventionali pignore inspicitur tempus non eveniens conditionis, sed contractus obligationis, ad hoc, ut eo die initi contractus creditor jus hypothecæ habeat tunc cum in potestate debitoris non est; effectum obligationis declinare, d. l. i. Qui balneum Qui potior. in pignore; ita quoque in pignore testamentario ex die, quo testamentum vires habet, hoc est à morte testatoris, c. cum Martha De celebr. missa; & quod in conditionali legato, cujus dies postea quodcumque etiam ex longiore temporis intervallo cedit, d. l. Qui balneum §. si de est heres, acquiratur & confirmetur legatario jus hypothecæ: quia perinde testamento, ut contractum, hypotheca (ut diximus) contrahitur, d. l. Non est mirum, d. l. Lucius.

¶ Imò in conditionali legato hoc plus est, quam in conditionali contractu; quod pro conditionali contractu debitor regulariter cavere non debeat, l. In omnibus & ibi DD. De indicys; pro legato tamen conditionali hæres legatario postulanti satisfactio cogatur, l. Hac stipulatio Ut legat. seu fideicom. nomine caveatur. ut mirum non sit, si eo nomine à testatore, etiam conditionali legato adscripta hypotheca, si non ad exactionem, saltem ad obligationem vires habeat ex die confirmati testamenti per mortem testatoris. Paucis igitur concludimus, in jure hypothecæ super hac domo, & prius & potius jus esse apud dictum Collegium; illudque omnibus creditoribus, quibus post mortem testatoris hæc domus etiam specialiter, multo magis generaliter hypothecata est, præferendum esse.

De Pignoribus & Hypoth.

S V M M A R I V M.

Ius praelationis an competat creditori pro expensis in morbum factis.

1. 5. 6. 10. 14. 23. Impense in infirmitatem an sint privilegiata in concursu creditorum.
2. 8. 11. Funeraria actio est privilegiata.
3. Alimentorum causa favorabilis & privilegiata.
4. 22. Alimentorum causa est provisionalis.
7. Privilegiata que sint credita.
9. Casus non expressus quando extendatur ad casum à lege expressum.
12. Impense in morbum factæ quando & quomodo contineant piam causam.
13. Captivorum redemptio quando sit pia.
15. Credita ex pia causa non habent ius praelationis.

16. Intellectus l. In restituenda C. De petit. herede.

17. Intellectus l. Legatum C. De relig. & sumpt. fun.

18. Legatarius ius praelationis non habet.

19. Victus appellations etiam medicamenta & pharmaca contineri.

20. Alimenta non habere ius praelationis.

21. Alimenta quando sint privilegiata.

CONSILIUM CCCLII.

IN concursu plurium creditorum partim hypothecariorum, partim privilegiatorum, partim chirographariorum, adversus curatorem debitoris, cujus bona omnibus solvendo non sunt, concurrunt quoque pharmacopola pro credito ex pharmacis, aliisque medicinis dicto debitori in sua infirmitate venditis seu exhibitis; & in concursu ius praelationis adversus quoscunque chirographarios prætendit: Quæritur, an id jure possit?

Alexander Imolenis, in l. fin. §. in computatione C. de iure delib. in princ. ex auctoritate Baldi, in l. restituenda C. De petit. herede, creditum hoc impenlarum in infirmitatem seu morbum defuncti, æquiparat impensis funerariis; & ex hac æquiparatione concludit, quod ut hæredi, qui sub beneficio inventarii hereditatem defuncti adiit, in concursu creditorum & legatiorum permissum est, ante omnia, & ante omnes creditores ex hereditate deducere & sibi compensare, quod bona fide ex proprio suo patrimonio prærogavit in sumptum funeris, d. l. In restituenda; ita quoque id quod in morbum defuncti erogavit, d. l. In restituenda versic. in mortui infirmitatem. Ut etiam rescipis Imperatorum in pari conditione poni videntur, erogatum in funus, & impensum in morbum, in d. l. In restituenda & in l. Legatum C. de religiof. & sumpt. funer. Quam sententiam Alexandri sequuntur & probant Falcon, in d. §. in computatione, Antonius Neguzantius, in tract. de pignorib. & hypoth. secundo membro quinte partu nu. 28. & pauci aliquot alij, Ioan. Siebardus in d. §. in computatione. Et ex hac æquiparatione privilegiatum esse hoc creditum inferunt: ¶ cum funera-

ria actio & obligatio extra omnem dubitationem, & expressa legis indulgentiâ, privilegiata sit, & ius praelationis inter creditores habeat, l. Quasum De privileg. cred. l. penult. De relig. & sumptib. funer.

* Quam juris extensionem ab expensis funeris ad impensas in morbum, intendit illa consideratio, quod pharmaca, aliæque medicinae, pars alimentorum sint; & qui ad alimenta tenetur, teneatur quoque ad medicinas exhibendas, Bartol. & alij in l. Si cum dotem §. si autem in favissimo D. Solutio matrim. & in l. Legatis De aliment. legat. l. Sicut impendia De usufructu; alimentorum autem causam ubique esse favorabilem & privilegiatam adeoque etiam doti æquiparari, Præses in loco à dote ad alimenta Dotis autem creditum privilegium praelationis habere manifestum est, l. 2. §. fin. cum duab. sequent. De privileg. cred. l. asiduis C. Qui pot. in pign. hab. ideoque illud ad alimenta quoque extendendum esse videatur. ¶ Indeque esse quoddam causa alimentorum & specialiter causa medicamentorum, provisionalis sit; hoc est in quâ citra plenam causæ cognitionem, sententia provisionaliter profertur; & id quod sine periculo differri non potest, ante prælati iubeatur

sententia provisionaliter profertur; & id quod sine periculo differri non potest, ante prælati jubetur, quàm plenè coact, an qui sic condemnatur verè debeat, l. si infirmus §. de infirmo De infirm. testam. l. si quis a libera §. si vel patens De lib. agnosc. non quidem irrevocabiliter, sed cum potestate ex eà necessaria causa solum restituendi, si post causâ pleniorē cognitionem contiterit non debuissē eum, qui sic provisionaliter condemnatus fuit, d. §. si vel patens in fine l. cum ex causa De appellat. De qua re extat Regni Franciæ constitutio, per Petrum Rebuffum diligenter explicata, 5 ad consil. regias in tract. de sent. prop. l. 1. f.

Sic quod ex his videatur hic pharmacopola præferendus alijs creditoribus; quamvis illi prius ad sententiâ & condemnationem pervenerint; & ita iudicatum fuisse in Parisiensi Parlamento refert Ludovicus Charondas, aliter id plenum esse æquitas, lib. 7. respons. cap. 86.

6 Sed verius nobis videtur, jus seu privilegium prælationis in concursu creditorum, pharmacopolæ, ob vendita seu exhibita pharmaca ægroto, nullum esse; ob id, quod nullus sit in iure locus, qui medicamentis aut impensis in morbum seu agrotum factis, tale privilegium tribuat: cùm jus prælationis, quod est ex genere seu qualitate causæ, non ex iure pignoris seu hypothecæ, sit ex iuris speciali dispositione, quâ cessante communem causam in concursu habere debeant omnia chirographaria, hoc est, sine expresso vel tacito pignore credita, l. privilegia De privileg. cred. Nec sanè verosimile est in tanto usu & frequentia medicorum, pharmacopolarum, & medicamentorum, quæ semper in Repub. Romanâ fuerunt, d. l. Medicos, l. Archiatri cum duob. seqq. C. de profess. & med. lib. 10. l. 1. §. medicos, l. Medicus De var. & extraord. cog. l. Qui venenam De verb. signific. l. Quod sepe §. venenam De contrab. empt. l. 3. d. Ad leg. Corn. de fidei. quia si lex eorum credita quoad hoc jus prælationis, privilegiata esse voluisset, id usquā expressura fuisset. Esi enim quæ ratio accidit legillatores facile prætercant, l. iura cum q. seq. De legib. non tamen ea quæ frequenter & facile accidunt. Cùm igitur deficiat lex, quod lege cautum non est, sine rubore asseri nec potest, nec debet, §. consideremus in Auth. de iur. & semisse l. illam vers. eo quod nulla constitutio C. de collation. Itaque licet Alexandri, Iasonis, & aliorum, quos recensuimus, auctoritas non vulgaris sit; tanta tamen esse non debet, ut vel legem vel rationem vincat, l. 2. C. Quæ sit longa consuet. *

7 Legi communis est constitutio, quod bonis debitoris, qui solvendo non est, à creditoribus possessis, & potissimum sub curatore redactis, creditorum chirographariorum communis & par sit conditio; si non ex causâ legibus expressa creditum sit privilegiatum; sic ut nec ex tempore alterum altero sit potius, d. l. privilegia l. Qui autem §. sciendum est D. Quæ in fraud. credit. quam ob id medicos, pharmacopolas, & medicamenta sequi oportet, non privilegium, quod illis à lege attributum non legitur usurpare. * Et sanè quod lex funerariæ actioni seu impensis in funus factis, propter defunctum funeratum tribuit hac in re privilegium, d. l. 2. d. l. penult. idem nusquam invenitur attributum impensis in eius morbum factis.

Conf. Wameli. Tom. I. l.

his: ideoque denegatum potius, quàm tacite attributum intelligi debet, l. Maritus & ibi gloss. in verb. præscripsit C. De procurat. * Et quamvis, cum in non permixtis eadem vel similis subest iuris ratio, quæ in permixtis, præcise sit expressus casus decisionem ad non expressum prorogare, l. Non possunt de legib. gloss. in l. Cum prator in v. videtur in fine D. De iudic. ubi tamen rationis identitas aut similitudo nulla est, extensionis non debet esse potestas, l. Quod dictum D. De pactis, præses in loco a cessatione ratione.

Cùm igitur non eadem sit ratio impensarum in morbum, quæ in funus, quod de funere constitutum iure singulari est, d. l. 2. d. l. penult. ad impensas in curando morbo factas transferendum minime est. * Funus curari, mortuum sepeliri, ne corpora diu insepulta cum abominatione jaceant, publicè interest, & ad religionis causam pertinet; ideoque in quæstionibus, quæ inde nascuntur, ius strictum omittit & remittere oportet, l. Sine persona vers. nam propter D. De relig. & sumpt. fun. Vnde funeris procuratio piam omnino causam continere censetur; ut continent quæcumque ad publicam utilitatem sunt seu pertinent, l. unica §. ult. C. de caduc. tollen. Castrensis consil. 194. Viso puncto nu. 4. vol. 2. Tiraquel. in tract. de pia causa in præfat. in vers. nem relatum causa studij. At idem consilium non potest in impensis in agrotum præstitis: * Nam licet ea in re respectu personæ, in quam commiserationis vel pietatis causâ sumptus sit, huiusmodi opus possit dici pium, tamquam ex pietatis affectu, & non alia intentione factum, & in plerisque piæ causæ privilegia habere; ut & alimenta pauperi præstita, quia facientis talem impensam intentio non est in creditum ire, sed gratis vel saltem sine lucro impensam facere, l. Mela De aliment. legatis, Tiraquel. in d. tract. de pia causa in præfat. vers. sic item legatum alimentorum: per se tamen pium dici non potest, nec piæ causæ privilegia mereri, quod & in morbum seu agrotum impenditur, vel ex contractu seu conventionione, vel ex negotio gesto aliave intentione, præsertim vel negotiando, vendendo, aut in creditum eundo. Privati enim commodi consideratio, ut publicæ utilitatis, ita quodque piæ affectionis cognitionem avertit. *

13 Quemadmodum & in redemptione captivorum, quæ in iure nihil ferè favorabilius, nihil magis pium est, l. Sancimus l. C. de sacros. Eccles. in Auth. de Eccles. inula §. interdictum, privilegia piæ causæ habet redemptio captivorum, quæ pio animo pro restituenda libertate fit; non perinde quæ fit à venalitiariis, & mangonibus venalitiarum negotiationem exercentibus, aut compendij sui causâ; imò etiam cogitatione pretij repetendi, aut loco pretij servitutis temporalis fructum spectando, captivos ab hostibus & latronibus redimendo, l. 2. l. cum & postlimini, l. Ecce sumo l. si liberum, l. Liber, l. ult. C. de postlim. revers. & redempt. ab hostibus.

Cùm igitur hic pharmacopola non pietatis vel affectionis studio, sed intentione & cogitatione suam negotiationem exercendi, pharmaca & medicamenta sua quantuplurimi vendendi, & inde pretium consequendi ductus fuerit; nullâ ratione potest hoc ejus inde contractû debitû petere eum

K 2

privile-

Privilegiū praelationis: non magis quā qui in foro pullum, ex popinā aut cauponā vinum pro agroto vendiderit, cui sanē nemo dixerit privilegium praelationis competere, adversus alios praefertim tempore priores, & potissimum vel expressam vel tacitam hypothecam habentes: ut non hoc dicam, quod in huic proximo articulo quidam scribit, *Sebast. Monticulus ad d. l. ult. C. De iure delib. in Tract. de Inventario ad verb. nulla licētia nu. 162.* quod quamvis pia legata, & expensae funeris, pendente termino conficiendi Inventarij, peti possint ab haerede; non possint tamen idem facere creditores ex causa medicinarum; ob id, quod plerum-

15 que duplum aut triplum extorqueant. † Cū alioqui nusquam in iure extet locus, quod pia causa, seu obligationes ex pia causā habeant ex se privilegium praelationis adversus alia communia credita.

Nec satis sustineri potest Alexandri, Iasonis, & aliorum in hac re opinio ex auctoritate Baldi, & comparatione seu adaequatione, quam facit in d. l. In restituenda. in fine, quatenus sic constituunt similitudinem & comparationem inter expensas funeris, & morbi seu infirmitatis, ut etiam cum privilegio praelationis, cum praedictio aliorum creditorum eas exigere possint. † Neque enim hoc dixit vel cogitavit Baldus; ut nec hoc dicit Antonini Imperatoris rescriptum, ex quo hanc aequiparationem notā dignam esse admonet, in d. l. In restituenda, cū in illo hoc tantū dicatur, quod possessor hereditatis, qui pro haerede aut possessore possidet, à vero haerede ad restituendam hereditatem conventus, hereditatem vel ultro vel condemnatus restituit, compensare seu compensando deducere possit, quod de suo patrimonio in mortui infirmitatem ac sumptum funeris bonā fide erogavit: sed quod eam deductionem cum privilegio praelationis adversus alios creditores facere possit, nihil in eo continetur; ut nec de eo ulla erat quaestio in hereditate, quae solvendo erat. Sed ex alijs locis juris hoc decidendum est, in quibus hoc bene continetur, quod funeraria actio privilegium praelationis habeat, d. l. 2. d. l. penult. sed non conjunctim, neque desunctim, quod id quoque obtineat in impensis in morbum seu infirmitatem factis. † Et quod conjunctio istorum duorum in dicto Antonini rescripto, in d. l. In restituenda, non sit ex natura comparationis similium ad omnimodam aequiparationem & Iuris similitudinem, apertius deprehenditur ex Alexandri Imperatoris mentionato rescripto, in d. l. Legatum C. De relig. & sumpt. fun. in quo tria conjunguntur ad eundem juris effectum; legatum, erogatum in funus, & impensum in morbum: ut, si quis ex his tribus causis conjunctim creditor est, possit haeredem praedialia cognitione compellere ad solutionem. Ex qua conjunctione nemo recte dixerit, & creditum ex causa legati, & illud quod est ex erogatione in morbum, habere eadem privilegia, quae habet creditum ex causa curati funeris; ex eo solo, quod in eodem rescripto ad unum eundem effectum, non ad omnes juris effectus conjungantur: † cū manifestissimum sit, legatum (quod

18 amen in dicto rescripto primum ex ordine scripturae locum obtinet) creditoresque ex legato

alijs creditoribus non praefertat; nec cum illis concurrere; sed omnibus hereditarijs creditoribus esse posteriores, d. l. ult. §. & si praefatum C. De iure delib. & nulla legata, & nequidem pia, nisi deducto omni aere alieno, ab invito haerede solvi debere, l. Si universa & ibi Bald. C. De legat. Castren. conf. 212. Supradicta vol. 1. Tiraquell. de pia causa privileg. 72. Ita quod omnino manifestum sit ex conjunctione expensarum morbi, cum expensis funeris, inferri non posse, quod in omnibus, quae de funeris impensis dicuntur, transferenda quoque sint ad impensam in morbum.

Neque hac in re quicquam facit, quod medica. 19 menta sint pars victus & alimentorum; nam ut hoc verum sit, quoad eum, qui victum seu alimenta debet, Bart. loci supra citatis: pro alimentis tamen non sunt illi, qui illa vendit, sed loco mercis; non alter quā cuique alij vinum, oleū, & quidvis aliud venale habens, l. Mercu de verb. signific. Ideoque quamvis respectu illius, qui alimenta debet, aut cui illa debentur, multa singularia sint prodita: nihil tamen juris singularis seu specialis est quoad illū, qui pharmaca, aromata, seu quavis alia medicamenta vendit. Sic quod ad extendendum hoc praelationis privilegium, non recte ducatur argumentum ab alimentis ad medicamenta, quae per pharmacopolam exhibentur & venduntur; cū non pro alimentis, sed pro mercibus reputari debeant; & per consequens alimentorum privilegia illis applicari non possint.

20 Cum alioqui nullo iure probari possit, quod creditum ex causa alimentorum, imò ex quacunque alia pia causa habeat privilegium praelationis; nisi cū id in specie à iure expressum est; ut est in credito ex funeraria causa, d. l. 2. d. l. penult. Quod etiam satis est deprehendere ex accurata diligentia Andreae Tiraquelli; qui inter centum & sexaginta septem privilegia, quae pia causa attribuit, nusquam meminit aut tradit hoc privilegium praelationis inter creditores pia causa competere.

21 Deinde causa alimentorum tunc ferè tantū privilegiata est, cū agitur de alimentis futuris praestandis, non etiam de praeteritis; non tantum non praestitis, sed etiam praestitis, l. De alimentis C. De transact. & ibi Decius & alij, Curtius iunior conf. 36. Habita diligenti nu. 3. ideoque de illis nisi auctore praetore transigi non potest; de his verò sine eo, d. l. De alimentis. Ob futura alimenta feriarum ratio non habetur, sed bene ob praeterita, l. 2. D. De ferijs. A futuris appellatio impediens executionem non admittitur, Franciscus Aretin. conf. 97. In causa & puncto; sed bene quae à praeteritis praestandis interponitur, Specul. in 2. parte rub. de appellat. §. quibus vers. octavo. Futurorum alimentorum causa est summaria, non etiam praeteritorum, Bald. in l. 1. nu. 6. C. De fideicommissu. Item Monachus contra Abbatem pro futuris, non etiam de praeteritis alimentis agere potest, c. Ex parte De accusat. Lud. Bologninus ad Ioan. Anan. consil. 54. Visus hu. Imò nec privilegiata est causa alimentorum, quae ex contractu debentur; sive de futuris agatur, Menoch. de arbitra. iud. sent. lib. 2. cent. 2. casu 170. Quare cū hic agatur de alimentis non exhibendis, sed exhibitis; non debet huic causae accommodari privilegium, quod

quod alioqui futuris seu præstandis alimentis, quæ moram non patiuntur, interdum accommodatur.

22 Et quamvis ex dicta Francica constitutione, causa medicamentorum quoque sit provisionalis: id tamen non est nisi cum de exhibendis, non etiâ de exhibitis alimentis agitur: ut non obscure interpretatur Rebuffius, loco supra citato. Et ut intelligatur etiâ de præteritis seu exhibitis, non ob id quoque illâ constitutione constituitur, quod hæc provisio, cum privilegio prælationis, concurrentibus creditoribus alijs etiam communibus decerni debeat. Vt merito intelligenda & restringenda sit ad eum casum, quo bona debitoris sunt solvendo, & sine fraude seu præiudicio aliorum creditorum: quia, ut dictum est, nusquam invenitur in iure hoc privilegium alimentorum causæ specialiter attributum.

23 Cum ergo causa impensarum in morbum longè distet ab impensis funeris; & venditio medicamentorum nusquam invenitur privilegiata; & pro alimentis cum privilegio alimentorum reputari per se non debeant ipsa medicamenta; sed quod illa vendens non possit dici medicamenta præstare aliter, quam qui panem, mel, aut saccarum vendit: non video, cur ex superiore sententia seu opinione Alexandri, Iasonis, & aliorum quorundam sic ex malè coherentibus & non concludentibus argumentis collecta, hic pharmacopola alijs creditoribus præferri, vel ad concursum cum illis, admitti possit vel debeat; & præsertim cum illis quibus jam diu antè adjudicatum est privilegium prælationis, quique in contentione prælationis etiam eidem pharmacopola præferri deberent. Equidem dictus pharmacopola demum concurrere incepit, postquam diu de prælatione inter creditores actum, atque adeo dictis creditoribus, adversus quos Reus contendit, eadem prælatio adjudicata fuit. Iniquum enim planè esset ex sequente seriore concursu hujus pharmacopola, alios creditores, qui litigando sibi per sententiam iudicis paraverunt expeditam viam prælationis, in effectum ad initium novæ litis novæque recognitionis redigi, l. Minor 25, annis De minoribus.

De Pignorib. & Hypoth.

SUMMARIUM.

Ius hypothecæ in re communi.

1. Negans unum ex duobus, contrarium propositis, alterum fateri censetur.
2. Divisio præsumitur facta ex separata possessione.
3. Hypotheca rei communis cum alio, quatenus excludatur, partis seu portionis appellatio ad totum nonnumquam refertur.
4. Re communi vendita quando pro soluto emptori acquiritur.
5. Res communis hypotheca assignari potest & quo effectu.
6. Hypotheca rei communis quando afficiat totam rem.
7. Exceptio de iure tertij non relevat.
8. Indicati ex causâ excuti possunt, qui in possessione condemnati reperiantur, etiam propria illius non sint.

Conf. Wamef. Tom. II.

CONSILIUM CCCLIII.

Iunge lup. conf. 313.

DV B I V M, quod Venerabilis Dominus Assessor proposuit in causa Domicellæ Barbaræ Malfier, contra Iacobum Abyoul, satis prævisum & animadvertum fuit per Advocatum causæ: qui ad illud sive avertendum sive dissolvendum formaliter allegavit, & in facto proposuit, quod tria journalia terræ, de quorum fructibus quæstio est, Margareta Malfier uxori Ioannis Denys pro solido addivisa fuerint in divisione hæreditatis quondam Guilhelmi Malfier & Elizabethæ Weez parentum ejusdem Margareta. Quam quidem allegationem Reus hujus causæ formaliter negare non præsumptus; sed tacita confessione satis agnovit, dum illam dictæ allegationis particulam, quæ allegatum fuit, ad Actricem hujus causæ virtute adjudicationis Scabinalis tria illa journalia de præsentî pertinere, se non credere duntaxat dixit. Qui enim ex duobus conjunctim propositis unum formaliter negat, seu se non credere dicit, 6. Nonne bene. De præsumpt. tacitâ iuris præsumptione censetur alterum confiteri. De quâ divisione alioqui etiam in proposito satis ad sustinendam ipsam adjudicationis executionem constat, ex eo, quod tempore dictæ adjudicationis & executionis illius Ioannes Denys, & Margareta ejus uxor, per executorem deprehensî fuerint in possessione horum trium journalium; ut constat ex relatione Executoris annotatâ in dorso literarum executorialium & illis annexa scedula specificationis; in qua inter alia bona specificantur quoque hæc tria journalia. Ex qua separata dictorum Ioannis & Margareta possessione in solidum, præsertim post tot annos, rectè præsumitur præcedens seu interveniens divisio, cû Iacobo Malfier, & Ioanna Malfier fratre & sorore dictæ Margareta ejus cohæredibus, Gl. 1. in l. pen. C. Communi divid. Bald. in l. 1. n. 14. c. De fidei. Dec. conf. 70. Pro tenui nu. 5. las. conf. 172. Sequendo nu. 2. vol. 4.

Nec ex eo, quod in posteriore recognitione reditus sex florenorum factâ anno 1575. tertia duntaxat pars hujus fundi & aliorum plurium specialiter fuerit obligata; reliquis duabus partibus alijs dictis duobus cohæredibus expressè præservatis, minus dicendum est jus hypothecæ constituisse in omnibus hujus fundi partibus; ob id, quod in præcedente recognitione prioris reditus dimidij modij filiginis facta in anno 1569. omnia eadem bona, non tertia hujusmodi bonorum pars specialiter fuerit obligata; sed indeterminatè jus, pars, portio & actio, quod seu quæ dictæ Margareta in his bonis competeat. Cum autem partis seu portionis appellatio, si non ex proprietate vocis, saltem ex eventu etiam ad totum rectè referatur, l. Vxorî in princ. De leg. 3. l. Marcellus §. quidam D. Ad Trebell. l. Pater §. filiam De leg. 3. satis manifestè deprehenditur jus hypothecæ ex priorè hac recognitione diffusum fuisse etiam ad omnes partes horum fundorum; saltem quatenus illa in specie seu individuo ex divisione seu separata possessione cesserunt in partem & portionem dictæ Margareta. Iuris enim potentia subsequit o hoc divisionis seu separatæ possessionis successu & exitu, deprehenditur dictæ Margareta jus ad omnes partes horum fundorum,